



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Sacrorvm Ritvvm, Sev Commentaria In Rvbricas Missalis, Et Breviarii Romani.

In quibus origo cuiusque Ritus, causae historicae, vel mysticae, ex
maiorum ingenio, Theoria, Praxis, obligatio, & exquisitus vsus, additis
opportune Decretis omnibus S. Rituum Congreg. quàm breuissimè
explicantur.

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1647

De Interruptione diuini Officij. 9.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9521

num. 1. Neque possunt alios sibi substitueri, *ibidem punct. 4. num. 1.* nisi consuetudo legitima, vel priuilegium adsit, ait *Moneta noster de distrib. p. 2. quest. 14. num. 20. & 42.* An teneantur adesse in habitu Canonicali, Vide *Monetam ibid. quest. 19. ad finem.*

4 Fieri etiam potest, vt consuetudine immemorabili, vel sufficienter prescripta Canonici, quorum fructus sunt tenues, non teneantur quotidie ad Chorum. *Bonac. disp. 1. quest. 2. punct. 5. num. 14.*

5 Episcopi per se loquendo non sunt additi Choro. *Bonac. ibid. n. 9.*

6 Parochi de iure antiquo tenebantur, nunc minimè ad publicam recitationem Officij in Ecclesia, & hoc de consuetudine serè vniuersali, & communiter recepta, exceptis Vesperis in diebus festis, ex *Suar. & Bonac. loco supra cit. n. 12.*

7 Multò minùs Cappellani tenentur ad Chorum, quibus ex fundatione non incumbit hæc cura. *Bonac. num. 13.*

8 Regulares additi Choro non tenentur ad Chorum, nisi ex vi regulæ, & idè non sub peccato mortali. *Caiet. V. Hora Canon. & Bonac. loco cit. q. 2. punct. 2. n. 8.*

De ordine diuini Officij. Tit. 8.

1 **Q**ui sine iusta causa peruertit ordinem Horarum, peccat venialiter; iusta vero causa est, obliuio; inaduertentia; vt Chorus iuuetur, vel alius, ad dicendum Officium. *Azor. cap. 10. q. 1. ex Nauarr. cap. 3. n. 65.*

2 Peruersio eiusdem horæ, secluso contemptu, & scandalo, ex iusta causa excusari potest ab omni peccato. *Bonac. disp. 1. q. 3. punct. 4. n. 5.*

3 Grauior autem erit culpa, si in Choro peruertatur ordo. *Suar. lib. 4. cap. 11. n. 10. & alij*, qui putant esse ex suo genere culpam lethalem, negat *Bonacin. ibid. n. 5.*

De interruptione diuini Officij. Tit. 9.

1 **Q**ui diuidit Matutinum à Laudibus, nocte tota interposita, non

peccat. *DD. apud Bonac. disp. 1. q. 3. punct. 3. n. 11. Azor. vult esse veniale sine causa, cap. 8. q. 4.*

2 Qui diuidit nocturnum à nocturno per horam vnain, pluresuè cum iusta causa, non vltra tres horas, non peccat. *DD. apud Bonac. n. 13. contra Azorium loco citato.*

3 Qui diuidit Horam paruam, vel Psalmum ex causa, non peccat. *Azor. q. 5.*

4 Interruptio ad longum temporis spatium probabilius obligat ad repetitionem. *Nauarr. cap. 16. num. 75.* Ad breuè tempus, etiam ad locum, vanosq; sermones, non obligat. *Nauarr. num. 75. & cap. 10. num. 42. & cap. 16. num. 66.* At in vtroque casu non esse repetendum, docet cum alijs *Bonac. sup. punct. 2. §. 1. num. 28.* Peccari saltem venialiter, sine iusta causa, est dicendum. *num. 30.*

5 Qui interrupte animo continuandi, vt aliud agat, non tenetur repetere immo nec ille, qui animo repetendi, & postea non repetit. communiter *DD. apud Bonac. n. 31. contra Nauarr. & Azor.*

De penis circa diuinum Officium.

Cap. V I.

1 **B**eneficiarij habentes onus recitandi diuinum Officium titulo beneficij tenentur etiam ante iudicis sententiam ad restitutionem fructuum pro rata omissionis Officij, si, elapsis sex mēsis, post obtentam beneficij possessionem, officium culpabiliter non recitauerint, etiam si alio die pensum prætermisum supplere conentur, nisi fortè pars omissa sit leuis, *Bonac. explicat, & probat singulas huius axiomatis partes, disp. 1. qu. 5. pun. 2. toto.*

2 Rata omissionis, & restitutionis est, ex *Pij V. Bulla*, vt pro toto Officio vnus, vel plurium dierum restituantur fructus beneficij, seu beneficiorum, qui illi, seu illis diebus responderent, si quotidie diuiderentur pro Matutino dimidiam partem fructuum; pro cæteris horis simul aliam dimidiam; pro vnaquaque hora sextam partem vnus diei restituantur.

3 Qui